Oprawiono w r. 1933
(przedtem był bez oprawy)

tria omnino requiruntur ad unitatem numericam motus et ad illam sufficiunt Ergo vera Conclusio Antecedens probatur quoad primam partem, quia certum est apud omnes quod idem numero accidens naturaliter non possit esse in diversis subiectis. Atqui motus est accidens mobilis Ergo non potest esse in diversis subiectis, Similiter unitas numerica motus et continua et non interrupta successio, ad quid proinde requiritur ut inter partes motus nulla intercedat quies atque adeo ad unitatē motus requiritur unitas temporis. Denique formae unitas ad quod ē motus necessaria est ad unū numero motū, quia si duplex sit forma quae per motum acquiritur, duplex quoque eius erit fieri; fieri autē talis formae est motus Ergo etiam erit duplex motus. Ex quo patet praedicta tria requiri ad unitatem numericā motus, Quod autem haec sufficiat, ratio est, quia si aliquid aliud requireretur ad unum numero motū maxime unitas numerica motoris. Atqui haec non requiritur idem enim numero motus potest fieri à pluribus motoribus, nimirum à Causa prima et secunda aut cū plures homines simul ingentem lapidem movent, aut unam navim trahunt Ergo unitas motoris ad unum numero motū non requiritur.

Nec Contrarius est Aristoteles 8

Physicorum.

Physicorum Tex: 49 Vbi ad vnitatem numericã motus videtur requirere vnitatẽ mouentis Et Tex: 83. Vbi disputando de motu proiectorũ docet motũ numero multiplicari ad multiplicationem mouentiũ loquitur enim eo loci Philosophus de motu Cæli, quem quia existimauit esse æternũ continuũ et necessariũ arguit ex illo vnitatem primi motoris, ac proinde hoc ad vnitatem motus in genere non debet detorqueri. Porro quando probat motũ proiectorũ non esse continuũ, ex eo quia fit à diuersis partibus aeris, quarũ vna post aliã impedit proiectũ non negat talem motũ esse continuũ ex eo præcise, quia procedit à diuersis mouentibus sed quia proiectum à partibus aeris non mouetur ita continuate quin aliquantula quies intercedat. Vnde talis motus potius multiplicatur ex defectu vnius temporis quam ex pluribus mouentibus.

Petes quã nam sint Causæ motus

ad motum omnia 4 genera causarũ cõcurrere agens quidem seu mouẽs concurrit in genere causæ efficientis mobile in genere causæ subiectiuæ seu materialis forma quæ per motum acquiritur in genere causæ finalis

moto

motus enim est propter formam, Iam vero ipsa entitus motus in genere causæ formalis, motus enim in sua entitate spectatus est sibimet quasi causa formalis. Hinc autem patet quod sicut motus non est in mouente quatenus mouente sed in mobili ex eo quia e actus passiui seu mobilis: ita quoque actio transiens non est in agente tanquam in subiecto sed in passo ex 3tio Physicor. Tex: 18. Cum enim actio sit idem in re cum passione vt supra probauimus. Passio autem est in passo seu in mobili tanquam in subiecto Ergo etiam actio erit in eodem mobili. Confirmatur quia si actio transiens esset in agente vt in subiecto, sequeretur agens ex eo præcisè quod agit vel desinit agere actione transeunte necessario intrinsece mutari: nam hoc ipso quod ageret reciperet aliquid intrinsecum quod ante non habuit, vel amitteret quod habuit. Consequens est contra Philosophum 2do de Generatione 1139 Vbi ait non esse necesse mouens moueri et contra fidem ac rationem, quia hac ratione etiam Deus producendo aliquid ad extra mutaretur intrinsece Ergo falsum est quod actio transiens sit in agente.

QVAESTIO IV

QVAESTIO IV

De Tempore

Postqm Aristoteles in 1ma Suma Libri huius quarti rationem loci, et in 2da rationem vacui explicauit, Agit tandem vltima suma de Tempore, vt videlicet explicet aliud necessario requisitum ad omnes motus Physicos. Occasione autē Temporis explicat etiam alias durationes. Verum nos agemus in primis de duratione permanenti in comuni et speciebus ipsius, postea de Tempore seu de duratione successiua ac proinde.

Dicendum est durationē generaliter acceptam sic recte describi. Est positiua permanētia rei in existendo siue terminabiliter siue interminabiliter vel quod idem est. Est ipsa existētia rei siue terminabilis siue interminabilis. Vbi vides dur[illegible]em ab existentia rei cuius est duratio solum formaliter seu cōnotato distingui, existentia enim prout dicit actualitatem rei existentis, est existentia absolute, prout verò dicit eandē actualitatem cōnotantē terminabilitatem vel interminabilitatem sic est duratio. Quod inter hęc non sit maior

distinctio

intellectio, siue volitio iuxta dicta supra Imum vero illud vocat alias instans momentaneum et eo quod in ictu oculi vel in momento pertranseat. Rursus instans momentaneum subdiuidit in intrinsecum et extrinsecum Intrinsecum est, in quo affirmat res esse Vt si dicas nunc Cœlum est. Extrinsecum est, in quo affirmat res non esse vt si dicas nunc motus cæli non est, Occasione huius posterioris diuisionis qua nimirum instans momentaneum subdiuidit in extrinsecum et intrinsecum. Solent hic quærere Philosophi quomodo incipiat et desinat motus temporis et res quæ fiunt in tempore, vtrum videlicet in instanti intrinseco, an verò extrinseco, pro cuius Quæstionis resolutione. Suppono illud incipere intrinsece de quo verum est dicere nunc est et immediate ante non fuit, illud verò desinere intrinsece, de quo verum est dicere nunc est et immediate post non erit. Similiter suppono illud incipere intrinsece de quo verum est dicere, nunc non est et immediate post erit, illud verò desinere [ex]trinsece de quo verum est dicere, nunc non est et immediate ante fuit Itaque hos modos inceptionis et desitionis quibus incipiunt et desinunt res naturales, volentes breuiter distincte et clare explicare Philosophi excogitarunt hæc quatuor vocabula nimirum Imum sui esse. Vltimum sui esse, vltimum sui non esse, et Imum sui non esse. Primum sui esse est instans inceptionis

intrinsecum

intrinsecum Vltimum sui esse est instans desitionis intrinsecum, Vltimum sui non esse, est instans inceptionis extrinsecum Primum sui non esse, est instans desitionis extrinsecum quo praenotato ad Quaestionem.

Rdeo 1mo Entia successiua qualia sunt motus et Tempus continuum incipere per vltimum non esse et desinere per primum sui n. ee. Ratio est quia huiusmodi Entia tam idem se tota qm etiam idem qmlibet sui parte sunt successiua Ergo incipiunt et desinunt intrinsece, Consequentia probatur quia non pt haec propositio verificari de motu tam totaliter qm etiam partialiter susptu. nunc motus e, alioqui esset in instanti qd repugnat Enti successiuo qualis est motus. Idem vero dicendum e de tempore qd idem est realiter cum motu. Est vero haec responsio intelligenda de motu et tempore vt motus et tempus sunt absolute et simpliciter, non vero de motu et tempore vt terminata sunt, nam si ita de illis loquamur dici possunt desinere et incipere intrinsece, potest enim dici nunc hora completa est, nunc motus vnius horae completus est, et immediate ante non fuit completus [illegible] Imum est hora et immediate post n erit. Porro qd dictum de motu successiuo idem etiam intelligendum est de omni forma accidentali quae videlicet producitur per motum ita vt eius partes in sui productione correspondeant partibus motus, et talis forma Eg. est calor frigus, tales enim formae incipiunt et desinunt in instanti extrinseco, siquidem eadem est ratio talium formarum

marum quae ipsius motus eodem enim modo incipit calefactio successiua et calor qui p illam pducitur similiter eodē modo desinit calor quo desinit calefactio p qm fuit calor pductus. Non sūt tn̄ huiusmodi formae Entia successiua simpliciter, qualia sūt motus et Tempus, siqdē formis huiusmodi n̄ repugnat desinere et incipere intrinsece vt pote cū possint eē in instanti, tempus vero et motus formaliter accepta, neqdē diuinitus possunt incipere aut desinere intrinsece.

Aduerte autē hic diligenter qd sicut dici n̄ pt motum proprie fieri aut corrūpi eomodo quo fieri et corrumpi sumitur apud Artem 5. Physicor. Tex: 11 siqdē illa fieri dicuntur pprie quae accipiūt eē p motū, similiter illa pprie corrūpi dicūtur quae amittūt eē p motū. Ita quoq n̄ pt dici motū pprie incipere aut desinere eē in rerū natura qd idē dicēdū ē de tēpore cū idētificetur motui. Sicut eī motus n̄ accipit eē p motū alias daretur processus in infinitū vt q se euidens ē: ita neq tēpus incipit in tempore sed potius res naturales sicut sūt ita etiā incipiunt in tempore.

Rdeo 2do mutationes instantaneas et actus pfectos qui nimirum totū suū eē simul hāt vt ē visio intellectio etc. incipere et desinere intrinsece. Ratio ē, q[illegible] cū huiusmodi mutationes sint totae simul pt de illis verificari qd nunc sint et immediate ante n̄ fuerint, Similiter etiā dici pt de aliqua illarū, nunc vltimo ē, et immediate post n̄ erit, Nō est tamē necesse vt tales actus durēt tantum p instās temporis, siqdē possūt coexistere etiā tēpori vt supra innuimus agendo de tempore discreto.

Rdeo 3tio Formas Physicas substātiales quae videlicet n̄ acquirūtur per motū seu successionē sed pote simul

vt aūt

Vt sit animæ saltem perfecte incipere in instanti intrinseco et de-
sinere in instanti extrinseco. Ratio 1mæ partis ē quia in eodē
instāti in quo verū ē dicere, nunc absolutæg est motg requisitg
ad talē formā, verū quoq ē dicere nunc 1mū ē talis forma cu-
ius rei ea est ratio quod talis forma producatur per actionē instanta-
neā et totā simul. Ratio 2dæ partis est quia huiusmodi
formæ desinūt ēē in materia vna cū accidētibg aut dispositio-
nibg per quas in materia detinebatr. Et qui dispositiones ex
Materia tolluntur per actionē, Ergo etiā cū alteratione seu in instāti
extrinseco ac proinde etiā huiusmodi formæ desinūt extrinse-
ce seu per 1mū sui nō ēē Deinde in illo instāti quod terming ex-
trinsecg alterationis præcedētis incipit ēē forma generāda per
1mū sui ēē. Vel ergo in eodem instāti est etiā forma
præcedēs substantialis, et hoc nulla tenus dici pt quia duas
duæ formæ substātiales incōpossibiles simul essent in materia
vel tunc 1mo non esset. et habetr intētū illā videlicet desinere
extrinsece.

Petes an Tempg cōstituat peculiare prædicamētū. R.
affirmatiue. Ratio ē, quia tempg idē ē cū Quando. Et qui quode cōstitu-
it peculiare prædicamētū vti probavimg in Logicis ergo etiā tempg.
Ex dictis.

Quā verū sit quod cōmuniter dicūt Philosophi nimirū
Tempg rem ēē captu et explicatu perdifficilē vt pote quam etiā maxi-
ma quæq formidarint ingenia. vnde S. Aug. cuig alioqui vim atq
acumē ingenij t[illegible] mirat Ecclesia Libro 11. Confessionum cap. 14
Cū sibi proposuisset Quæstionē quid sit Tempg, subijcit respōdēdo quid
sit Tempg si nemo ex me quærat scio, si quærēti explicare velim ne-
scio. Haud difficulter tamē natura eig intelligetur si ea quæ hacte-
nus tradita sūt de Tempore diligenter considerabimus.

Atq hæc de Tempore, atq adeo de proprietatibg generalibg
corporis naturalis cuig principia Causas et passiones Octo hisce de
Physico auditu Libris explicāda suscepimg ab Arte, quo eodē Duce
decurrēndæ sūt per alios Physicorū Libros singulæ corporū naturalium spe-
cies earū similiter principia causas ac proprietates examinādæ. FINIS.

A. M. D. G. B. M. V. H.

DISPUTATIO II
DE PRINCIPIIS RERUM NATURALIUM.
QUAESTIO I
Quæ nam sit definitio principii latissime sumpti.

Non est hic Quæstio de principio complexo quod alias principium cognitionis appellatur, sed de principio incomplexo quod etiam principiũ essendi dici solet, quod quidẽ principiũ sic appellatur aut solũ ratione ordinis et cuiuscumq̃ conexionis, cum eo respectu cuius dicitur principiũ aut etiã ratione alicuius intrinsecæ habitudinis ad suum principiatum, priori modo denominatio principii latissima est, sic enim principiũ dicitur et id unde inchoatur actio aut negotiũ aliquod, in quo sensu fundamentum dici potest principiũ domus ut pote cum ædificatio domus ab eo initium sumat, Sic etiã aurora dicitur principium diei cum ab ea dies incipiat, et qui prius sedet dicitur principiũ reliquorum sedentiũ, Denique quidquid aliquomodo alteri præsupponitur dici potest principiũ ipsius. Unde Frater natu maior dici potest principium reliquorum Fratrũ natu minorũ, et unitas principiũ numeri. Posteriori modo qui magis est proprius et Philosophicus dicitur aliquid principiũ ratione habitudinis alicuius inter principium

et princip.

et principiatum per se interuenientis, quæ quidem habitudo inter illa solum exoriri solet, quæ ita se habent ad inuicem ut unum ex altero aliquo modo per se oriatur, quod duobus adhuc modis potest accidere, Imo si id quod dicit principium positiue communicet esse alteri, qui modus communicandi esse alteri in rebus creatis est cum dependentia semper et causalitate: unde etiam hoc genus principii diuidi potest in tot membra quot sunt genera causarum. 2do si ad id quod dicit principium aliud habeat necessariam et per se habitudinem, qua ratione priuatio inter principia rerum naturalium ab Aristotele numeratur propter intrinsecam habitudinem quam generatio dicit ad ipsam tanquam ad terminum à quo necessario præsupposito iuxta infra dicenda, et quidem Arist. Lib. 5. de Generatione animalium cap. 7. et 1. Physicorum tex. 42. et alibi. Affert aliquas principii definitiones quæ tamen non conueniunt principio latissime sumpto, sed tantum alicui particulari et determinato in aliqua materia 5. enim Metaphysica cap. 1. explicatis variis principii rationibus sic concludit, Omnibus principiis commune est esse primum unde aliquid aut est aut fit aut cognoscitur, ex quibus verbis Philosophi bene deducitur principii definitionem. Principium est quid primum, unde aliquid aut est aut fit aut cognoscitur. Quæ definitio principii di-

dicitur

dere esse bona et adaequata exprimens naturã sui defini
ti quod patebit ex ipsius explicatione à nobis iam ad-
ferenda. Imo igitur particula Quid latissime sumi de-
bet prout videlicet complectitur tum Ens verũ tum fi-
ctum imaginarium Metaphoricũ aut etiã negativũ,
Itaque ita et privationi et fini impossibili a quo ali-
quis ad operandũ moveri potest convenit ratio prin-
cipii. Primo particula illa Unde non solum signi-
ficat verum et positivũ influxũ ipsius principii
in principiatũ, sed etiã quamcumque aliam dependen-
tiam aut originem unius ab alio. Tertio particu-
la illa Imum non ita sumi debet quasi significet
aliquam prioritatẽ naturã qualem habet causa re-
spectu effectus sed ita ut significet quãcumque aliã prio-
ritatem seu ordinẽ qui est inter principiũ et princi
piatum. 4to Particula illa Aliquid sumitur
etiam latissime quatenus videlicet Entia et non En-
tia comprehendit. nam sicut non Ens potest esse prin-
cipiũ ut patet in privatione: ita etiã potest esse prin-
cipiũ ut Eg. est annihilatio rei alicuius aut desitio
Denique Particulae illae aut Est aut Fit aut Cogno-
scitur. additae sunt ad explicanda tria genera principio-
rũ nimirũ Unde aliquid est, Unde aliquid fit, Un-
de aliquid cognoscitur. Porro in hac definitione prin-
cipii ex Arist: deducta ponuntur loco generis parti-
culae Quid Imũ reliquae vero particulae loco differẽ-
tiae positae sunt et ad denotandas rationes formales princi-
piorũ in particulari suptorũ.

Ex dictis

Ex dictis deducitur latius patere principium quam causam cu-
ius enim causa est principium non autem est contra
Pater enim Diuinis est principium Filij non autem
est causa.

QVAESTIO II.

Quae nam sit Definitio principij Physici.

Principia in rebus naturalibus duplicia spectari possunt
alia videlicet Extrinseca seu per Accidens ad suum
principiatum sese habentia vt Eg si Musicus aedi-
ficet, Philosophus cantet. Alia Intrinseca seu per
se, illa nimirum sine quibus mutatio naturalis
seu Physica concipi non potest. Physicus igitur sic de
omnibus principiis rerum naturalium disputat sed de illis
tantum quae per se concurrunt ad generationem corpo-
ris naturalis seu ad transmutationem Physicam
de non esse ad esse; horum ergo principiorum defi-
nitio ab eodem tradita, est haec principia sunt quae
nec ex sese mutuo fiunt nec ex aliis, ex ipsis autem
omnia. Quae definitio varie explicari a Philosophis
solet, illa tamen magis placent qui aiunt sensum huius
definitionis hunc esse principia prima Physica non fiunt
neque sunt vel ex seipsis vel ex aliquo alio tamquam res na-
turales omnes vero res naturales ex ipsius et fiunt
et sunt, circa quod diligenter obseruandum est, rem na-
turalem proprie sumptam dici id omne quod constat
naturis nimirum compositum substantiale, compositum
enim Accidentale quod videlicet conflatur ex composito

substanti

substantiali et ex aliquo accidente minus proprie vocatur res naturalis. ac proinde proprie loquendo res naturalis dicitur fieri aut esse talia vero non tam fieri et esse quam potius confieri et inesse prout expresse docet ipse Arist: hic Tex: 64 cum ait, omne quod fit semper compositum est, et idem repetit variis in locis cui catteri Philosophi subscribunt et Ratio est quia id quod est ratio formalis essendi alteri non proprie dicitur esse sed illud proprie dicitur esse quod constituitur per talem rationem essendi sicut albedo non est proprie alba sed potius paries quem informat et reddit album. Et qui omnis forma substantialis est ratio essendi compositi, quod per illam constituitur in tali vel tali esse Complete Physico. Ergo forma non proprie dicitur esse sed tantum compositum, Forma vero dicenda est potius inesse Consequenter etiam dicenda est non fieri sed Confieri, Cum enim fieri ordinetur ad esse illud quod non proprie est, non proprie etiam fit, sed Forma non est proprie uti probatum est Ergo etiam non fit proprie sed potius confit, siue educitur de potentia materiae, educi autem Formam de potentia materiae nihil est aliud quam in actum exire tanquam rationem formalem essendi constituendo formaliter in suo esse compositum naturale quod per se generatur est et fit, quamquam dici etiam potest formam fieri Ut Quo Compositum ut Quod Hinc autem.

Colligitur ad hoc ut aliquid dicatur Physice ac proinde fieri necessarium est, ut fiat aut componendo Formam cum Materia, aut producendo saltem passiue Formam in Materia principia igitur rerum naturalium cum nullo modo componantur Physice sed tantum

Metaphysicè nimirum genere et differentia, neq ex partibq essentialibq Physicis sed tantū integralibq ideo etiam n̄ dicunt proprie fieri sed improprie tantū et translatiuè.

Quod si dicas Materia proprie existit ac proinde sequit eam proprie esse ac fieri contra ē quia ad hoc vt aliquid dicat proprie existere sufficit si habeat suam propriam existentiā incompletā vt autē aliquid dicat Physicè proprie esse vel fieri requirit vt sit compositū et sic cum dicunt aliquando etiā non compositū fieri vel esse sciendū est ea vocabula in lata significatione sumi debere. Ex his patet quomodo sit intelligenda illa particula Fieri in definitione principii Physici posita. Quod vero spectat ad particulā Ex in eadē definitione ter repetita ea ita accipienda est, vt significet habitudinē comunē principii ad suum principiatū abstrahenē videlicet ab habitudine partis componentis et habitudine termini à Quo: ita videlicet vt sensus sit Principia Physica sunt, quæ tanquā res naturales nec sūt ex aliis nec ex alterutris, siue tanquā ex partibq componentibq siue tanquam ex termino à Quo, sed ex his sūt omnia in ordine rerū naturaliū contenta siue tanquā ex partibq componentibq siue tanqm ex termino à Quo. Dixi in definitione Ima principia quia vt recte obseruat Smiglecius duabq Prioribq conditionibq non explicat natura principiorū sed tantū proprietas accidentalis nempe primitas. Principia

enim

enim quia principia solum habent ut ex ipsis alia fiant quod vero ipsa non sint ex aliis vel ex alterutris hoc illis convenit non ut principia sunt, sed ut prima primum enim e. qd in priori non resolvitur neq in aequi prima sic Elementa dicimus esse vera principia mixtorum, et mixta viventium licet sint ex aliis vel ex alterutris, solum enim propter hanc causam non possunt dici prima et universalissima principia quomodo Materia Forma et Privatio prima Principia appellatur.

QVÆSTIO III

Inquiritur numerus Principiorum Physicorum.

Certum est per omnes Physicos dari aliqua rerum naturalium principia illud non aeque certum quae nam sint haec principia et quot numero, aliqui enim ex veteribus Philosophis unum principium rerum naturalium asserebant, alii qui infinita aliqui finita quidem plura tamen quam tria et quidem ex illis qui unum principium tantum statuebant praecipui fuerunt Melissus, Parmenides, Tales Milesius, Heraclitus, Diogenes, Anaximenes et Hesiodus, qui tamen adhuc inter se digladiabantur de Qualitate illius principii nam Melissus unum principium statuebat infinitum immobile, quid autem illud esset et quale aut non explicat aut certe eius doctrina ad nos non pervenit Parmenides contra unum illud principium Finitum esse affirmabat. Tales Milesius aquam omnium rerum naturalium principium esse dicebat Heraclitus ignem posuit Diogenes

et Anax.

et Anaximenes Aerem. Hesiodus Terram. Porro ex illis qui infinita asseruerunt principia Anaxagoras docuit rerum naturalium principia esse infinitas quasdam particulas atomas et indivisibiles quae quidem particulae communicarent ab omnibus speciebus differentque inter se specie. alias enim particulas dicebat esse ex quibus in Animali constarent ossa, alias ex quibus carnes, imò etiam quasdam ex istis particulis, dicebat esse calidas, quasdam frigidas, has autem particulas collocabat in mundo quodam quem ille chaos appellabat et quo mundo Deus secernat, distinguat, et quasi suis locis apte collocet particulas istas cum in illo antea esset confuse et inordinate. Idem addebat in omnibus rebus naturalibus omnium rerum particulas inveniri non tamen apparere nisi particulas unius speciei Eg. Hominis in homine atque ita agebat fieri generationem rerum naturalium non quod aliquid de novo producerent sed solum quod aliquae particulae quae prius apparebat occultet se, particulae autem quae latebat emergat Anaxagorae ferme consentit Democritus in omnibus nisi quod neget has atomos inter se specie differre sed solum figura et situ alias enim atomos agebat esse triangulares, alias quadrangulares situm etiam et ordinem inter se distinctum habere, quasdam enim atomas agebat coniungi quadrangularibus atomis alias aliis atque ita ex varia atomorum coniunctione

variae

Varias etiã naturas oriri in reb9 naturalib9 et ideo-
quadam corpora esse rotuñda quia et atomis rotundis
constarent, quadã calida quia ex calidis. Iam vero ex
his infinita asserebat principia. Fuit Pythagoras
qui dicebat duo esse rerum naturaliũ principia ni-
mirũ Par et Impar Plato Tria statuebat vide-
licet Magnũ Parvũ et Ideã. Empedocles et Hi-
pocrates 4 Elementa. Hæc de numero et Quãlita-
te Principiorũ Veteres Philosophi. Ut vero etiã sen-
tentiã Arist. aperiã, eamq veritati conformẽ esse
ostendã.

Suppono duplicem esse mutationẽ naturalẽ aliã,
quod ẽ per qm subiectum mutatur tantũ accidentali-
ter ut Eg. cum ex nigro fit albũ ex albo nigrum, ad
quã etiã reuocari potest mutatio artificialis, aliam
substantialẽ in qua videlicet subiectũ nouã formamẽ
substãtialẽ requirit priore abiecta, ut Eg. dum ex li-
gno fit ignis. Et de numero principiorũ huius 2dæ mu-
tationis hic quaeritur, atq adeo.

Dicendũ est cum communi Philosophorũ sen-
tentia rerũ naturaliũ in fieri sumptarũ, seu qd idem
ẽ generationis et trãsmutationis substãtialis Physi-
cæ Tria esse Universalia principia, ex quib9 per se
res fiunt iuxta modũ supra explicatũ, nimirũ ma-
teriã Formã, et Privationem, est expressa doctrina
Arist. et probatur quia non possũt assignari plura aut
pauciora qm tria Ergo sũt Tria. Antecedens probatur
quod ad Imam partẽ, quia ad omnem mutationẽ

Physicam

Physica requirit Terminus à Quo seu Privatio termi-
nus ad Quem seu Forma in Subiectum inducenda Su-
biectum seu materia: Sed Terminus à Quo Terminus
ad Quem et Subiectum sunt principia rerum natura-
lium Ergo Tria sunt et non plura principia rerum
naturalium, eadem enim sunt rerum naturalium prin-
cipia in fieri acceptarum quae et ipsius transmutatio-
nis Physicae. Idem etiam argumentum probat non posse
esse pauciora quam tria. Dixi 1ma Universalia per
se et ex quibus res naturales fiunt quia de his tantum
hic disputamus, alias enim si sermo sit de princi-
piis Physicis in communi sine illis limitationibus prae-
ter materiam Formam et Privationem, sunt alia princi-
pia rerum naturalium in Fieri quae videlicet per
praedictas particulas excluduntur, nimirum per particulam
Ex, Causa efficiens Finalis et Exemplaris non enim res
aliqua fit ex agente, Exemplari aut Fine, sed potius
ab agente ad imitationem exemplaris seu instar illius et
propter Finem, per particulas 1mas et Universalia ex-
cluduntur quatuor Elementa quae nec 1ma sunt princi-
pia, nec Universalia rerum omnium naturalium in
Fieri acceptarum. per particulas per se excluduntur ea
principia quae per accidens se habent ad trans-
mutationem naturalem, quales sunt omnes Formae
tam Substantiales quam etiam accidentales praeceden-
tes in materia, sine his enim transmutatio Physica

et natur.

et naturalis intelligi ac definiri pt.

Quod si dicas, Videtur Privatio non posse nume-
rari inter Principia Transmutationis Physicae si enim
est principium, tunc vel principiat cum est generatio, vel
cum non est. hoc 2dum dici non pt quia quod non est ullo modo,
nullo modo etiam principiat, non etiam lmo quia quando est
generatio Substantialis iam est forma in subiecto, maxi-
me in illis quae in instanti generantur at quando Forma in
Subiecto est Privatio iam non est, ut per se patet Ergo etiam
principiare non pt. Resp. Privationem principiare dum gene-
ratio est, in eodem enim instanti temporis est, primum esse
Formae et lmum non esse privationis, quae non sunt contradi-
ctoria ut patet considerati, quod vero dicebatur Priva-
tionem quando non est principiare non posse, Resp. Satis esse
ut Privatio sit saltem in abyci seu desinere et im-
mediate ante praecesserit in esse permanendi, Terminus
enim a Quo non pt habere aliam rationem principiandi nisi
quod ante praecesserit et nunc desinat, seu lmo non esse
incipiat, sed de hoc infra fusius, Ubi ex professo de-
Privatione agemus.

Dicendum est 2do Principia corporis natu-
ralis in facto esse considerati seu quod idem est principia compo-
sitionis rerum naturalium lmo et per se sunt tantum duo videli-
cet Materia et Forma Substantialis: Ita Arist. Physicor.
Tex: 5 3, et communiter Peripatetici, Ratio est quia prima
principia corporis naturalis in facto esse considerati sunt
ea ex quibus constat corpus naturale et quae permanent in

in corpore naturali, atqui haec sunt non aliqua Materia et Forma Substantialis, non autem Privatio Ex qua cum sit non Ens, impossibile ē constare corpus naturale, et cum sit non esse formae n̄ ut simul manere cū Forma. Probatur 2do Quia principia corporis naturalis, tam geniti sive facti sunt ea in quae resolvitur corpus naturale, sed resolvitur in Materiam et Formam Substantialē sicut etiā ea quae ex aliquo accidente et subiecto componuntur in Subiectū et formam accidentalē. Ergo Materia et forma Substantialis sunt principia corporis naturalis Facti sive Geniti.

QVAESTIO IV.

Principia ostenditur rerum naturalium esse prima Contraria.

Duae nobis difficultates in praesenti Quaestione sunt resolvendae 1ma est An 1ma principia rerū naturaliū sint contraria. 2do An sint 1ma Contraria. Quod igitur ad 1mam spectat.

Dicendū est 1mo Prima principia rerū naturalium esse Contraria, Probatur Conclusio quia generatio physica est transitus seu mutatio de n̄ esse ad esse, Ergo illud dicitur generari quod nunc ē cum prius simpliciter non esset: unde infertur quodlibet fieri ex sui n̄ esse ut ignis ex non igne, Homo ex n̄ homine n̄ tamen fit ex pura negatione sui, sed ex eo quod cū n̄ habeat: suū esse (puta

Formam

Formam substantialē) potest illud habere vt ignis q' n̄ fit ex quocunq3 non igne, seu non fit ex pura negatione ignis sed ex materia proximè disposita pro forma eiq, carente tamen forma ignis.

Quod Exemplo artificialiū rerū declarat. nam Artifex non inducit formā Statuæ in lignū q̄cunq, sed in lignū dolatū et paratū iam atq aptū, ad recipiendam talem formā eodē igit modo agens naturale non inducit formam naturalē in quâcūq materiā non habentē illā sed in eā tātū quæ pro illa suscipienda disposita ē, et quæ habet aptitudinē eā recipiendi, sed n̄ esse Formā in subiecto apto ad illā suscipiendā est Priuatio Ergo q̄dlibet compositū naturale fit ex priuatione formæ propriæ taquā ex termino à quo incipit generatio eius. Forma autē et Priuatio sūt opposita cū se mutuò excludant ab eadem Materia, nec vllo modo simul in illo esse possunt Ergo principia rerū naturaliū sūt actionē et passionē. Atqui Actio et Passio sūt inter se contraria, quia nihil agit in aliud calidū sed in Frigidū, nec patit ab alio calido sed à Frigido. Ergo principia generationis naturalis sunt Contraria. Quod vero ad 2dā Quæstionis partē attinet.

Dicendū est 2do Principia rerū naturaliū esse prima Contraria vt autē intelligamq quonā modo verū sit prædicta Principia esse 1ma Con-

traria

traria. Notandū ē, Contrarietatē duobꝰ modis sumi posse vt auctor ē Arist: 5. Meta: cap. 12. textu 16 1mo stricte et proprie nimirū pro oppositione eorū quæ se mutuo ab eodem subiecto expellūt et hoc mo-do Contrarietas sumpta solum reperitur in primis Qualitatibꝰ. 2do sumitur minus proprie videlicet pro Oppositione eorū quæ licet actiue n̄ se expellat ab eodem subiecto, habent tamē rationes oppositas et re-pugnātes in ordine ad illud, et ideo simul n̄ possūt in eo esse, et ita se habent Forma et Priuatio in ordine ad Materiā seu subiectū, ac ꝓpterea pro Contrariis habētur ab Arist: qui etiā de hac Contra-rietate agens 10 Metaph: Tex 23. asserit in quolibet genere reperiri vnā Contrarietatē quæ vocatur habitꝰ et Priuatio, idq ꝓbat tali discursu, quia quodlibet genꝰ diuiditur ꝑ duas differētias oppositas inæqualis ꝑfectionis, quarū ꝑfectior significatur nomine Habitꝰ, Imperfectior vero nomine Priua-tionis, et et vna includit priuationē ꝑfectionis alteri-us, vt Eg. animal diuiditur in rationale, et irrationale et posterius tanquā imperfectius priori caret ꝑfectione rationali atq ideo, hoc nimirū rationale signifi-catur nomine Habitꝰ, aut Formæ, illud vero nomi-ne Priuationis.

Notandū ē 2do Hanc Contrarietatem esse 1mā omniū, propter duo. 1mo quidē, quia includitur in quacunq alia contrarietate etiā proprissima nam

ꝓprissima

proprissima Contraria ita se habent ut unum sit perfecti-
us altero. Eg. Calidum est pfectius frigido, et ppterea
includit Privationē pfectionis ejq, nimirū calidi ac
nomine Privationis significatr. Perfectū vero ut
Calidū nomine formæ vel Habitq 2da quia hæc
Contrarietas et non alia reperitr in substātia quæ
est primū prædicamentum et omniū pfectissimū
Ergo merito vocatr 1ma ad quā etiā reducitr omnis
alia proprissima. Qtrq hoc docet Arist. 10 Meta:
Cap. 3 Tex. 15 His verbis. Prima vero Contrarietas
Habitq et Privatio ē, et post pauca omnis namq
Contrarietas habet alterius contrariorū privationem
et sic cum principia rerū naturalium sint substātiæ
videlicet Materia, Forma, Privatio, merito appellātr
à Philosopho 1ma Contraria videlicet quia primā
Contrarietatē ad quā cætera reducitr inter se habet
et eadē prima Contrarietas 1mo eis convenit et ab
iis ad cætera Contraria derivatr, quia Substātia est
1ma omniū Entiū non solum natura sed etiā
tempore et dignitate, ita etiā contrarietas quæ re-
peritr in substātiis et est, et merito vocatr, Prima
Contrarietas, et ppter tandem Contrarietatē prin-
cipia generationis naturalis non solū appellātr
Contraria sed etiā 1ma Contraria, Hinc autē patet
Veritas 2dæ Conclusionis Contra quā.

Objicitr 1ma Materia et Forma sunt
Substantia Atqui substantiæ nihil est Contrariū
ut expresse docet Aristq in Prædicamēto Substātiæ

Ergo

Ergo Materia et Forma carent omni Contrarietate, Con-
firmatur quia Contraria Teste Philosopho 5. Meta:
cap. 10 Tex 16 Duplicem conditioně habere debet
nempe qd sub eodem genere distinguatr specie vt
Ex. Calor et Frigus sub Qualitate, et qd non possint
simul esse in eodē subiecto sed vtraq hæc conditio
Materiæ et Formæ repugnat quia hæ n̄ solū spe-
cie n̄ differūt, sed etiā eādē speciē completā consti-
tuūt et in eo-dē composito Physico pmanet Ergo
Contraria esse non possūt R Distinguendo Minorē
Substantiæ nihil est Contrariū, Contrarietate posi
tiua siue stricte accepta Concedo Minorē Contra-
rietate Priuatiua Nego Minorē. Ad Confirma-
tionem respondeo Concedendo totū argumētū ipsius,
solū enim pbat materiā et Formā n̄ ee pprie Con-
traria qd verū est non enim dixit Arist. et nos
cum illo omnia principia rerum naturalium esse
Contraria sed aliqua tātū nempe Formā et Pri-
uationē, quāuis etiā dici possit Materiā esse Contra-
riā formæ non ratione sui sed ratione Priuatio-
nis sibi adnexæ atq omnia principia generationis
naturalis quodam modo esse contraria.

Obijcit 2do videtr principia rerū natura-
liū non esse prima Contraria, quia vera Contrarie-
tas in solis Qualitatibq reperitr mutuo sese ab eo-
dē subiecto expellentibq Ergo etiā 1ma Contrarietas
cum sit vera in solis primis Qualitatibq locum

habet

habet, quare falsū est quod asserit Arist: nimirū 1ma principia rerum naturaliū esse 1ma contraria Vt pote cum hæc non sint Qualitates sed substantiæ R. Negando Antecedēs Ad ꝓbationē eius dico, eam esse verā si intelligat de contrarietate stricte sumpta si vero nomine Contrarietatis intelligat oppositio latius accepta vt est Priuatiua, ad quā etiā reducit stricte Contrarietas, iuxta dicta supra Falsū ē qd in solis primis qualitatibꝰ reperiat, imo hæc oppositio in substātia et principijs naturalibꝰ generationis Physicæ 1mo reperit, et ab ea in strictā contrarietatē deriuat vt per se patet, ante a nobis dicta Considerati

DISPVTATIO III

DE MATERIA

Quæ est primum Principium rerum naturalium.

QVÆSTIO I

An detur Materia prima

Dicendū ē

Dicendum est 1mo dari Materiam 1mam quae videlicet sit 1mum principium materiale rerum naturalium permanens in omnibus generationibus Physicis ex quo omnes res naturales componuntur tanquam ex altera parte essentiali. Probatur Conclusio duplici ratione, 1ma de sumitur ex continua transmutatione rerum naturalium, nam evidenti experientia constat corpora sublunaria continuis submutationibus subiecta esse non solum accidentalibus sed etiam substantialibus: ita videlicet ut unum corrumpatur substantialiter, et aliud etiam substantialiter generetur numero aut specie à priori diversum, nam Eg. ex aere generatur ignis et ex aere aut vaporibus aqua, in viventibus etiam videmus hominem et cetera animalia passim de novo generari, cum prius non essent atque etiam corrumpi et desinere esse per mortem, cum prius fuerint, sed generatio substantialis essentialiter est mutatio ut suo loco probabitur, Mutatio autem omnis postulat commune subiectum quod per eam mutetur manens sub utroque termino ipsius videlicet sub termino à Quo et sub termino ad Quem (hoc enim solum proprie mutari dicitur) ut in mutationibus accidentalibus evidens est, Ergo dum aliquid substantialiter corrumpitur et aliud substantialiter ex eo generatur, ut Eg. ex aere ignis, necesse est designare commune subiectum quod vere mutetur cum evidens sit non mutari genitum neque corruptum, sed unum simpliciter desinere esse, et aliud simpliciter incipere cum

prius

prius non esset. Ulterius vero vel hoc subiectū commune
omnibꝫ generationibꝫ et corruptionibꝫ naturalibꝫ, dimit-
tens unam Formā et suscipiens alterā dependet ab alio
subiecto priori vel non dependet, si non dependet erit
primū subiectum ultra qd videlicet non sit aliud, si-
vero dependet ab altero priori vel deueniendū est
ad unū quod ab altero priori non dependeat et illud
erit primum vel procedendū in infinitū in subi-
ectis quod est absurdū.

Secunda ratio sumitꝫ ex modo quo res na-
turales fiunt per generationem substātialē per qm
euidens est, non fieri totam substātiā neq per cor-
ruptionem substātialē totā substātiā desinere
alioquin prædicento cuiuslibet substātiæ naturalis
fieret ex nihilo, et corruptio eiusdē desineret in-
nihilum, essetq illa prior creatio, hæc annihilatio
vel etiam si una totaliter desineret in altera ut videre
ē in Sacramēto Eucharistiæ ubi tota substātia pa-
nis et vini desinit in totā substātiā corporis et
sanguinis Christi Dn̄i, tum hinc sequeretꝫ qd ince-
ptio unius substātiæ naturalis et alterius desitio
esset conuersio substātialis unius rei naturalis in al-
tera utrūq patet esse Falsū. Ergo necesse ut dum
substantia naturalis corrūpitꝫ aliquid eius perma-
neat post corruptionem ex quo simul cū noua
forma adueniente fiat integra substātia quæ ge-
neratꝫ, hoc igitꝫ permanēs sub utraq Forma succes-

sine

sive prius quidem sub antecedenti postea vero subsequenti
vocatr 1mum subiectum etiam comune generationum substan-
tialium vicissitudinaliter in eadem materia sibi suc-
cedentium, vocatr quoque 1ma materia et 1mum principium
materiale rerum naturalium tam in Fieri quam in fa-
cto esse acceptarum.

Dicendum est 2do Hoc principium materia-
le rerum naturalium unum esse et non plura est Arist. cap.
6 hic et probat, quia una est Contrarietas in uno prae-
dicamento Ergo etiam una tantum erit in praedicamento
substantiis, et qui pro una contrarietate sufficit unum
subiectum circa quod videlicet se expellant, contrario
et per mutuam expulsionem generentur et corrumpantur
res naturales, quod quidem subiectum est materia 1ma
Ergo hoc subiectum est tantum unum, an vero si unum
specie et numero infra comodius dicetur. Porro hoc
subiectum comune, Plato silvam appellat eo quod in il-
lo tanquam in aliqua silva latitent confuse formae
omnes alij matrem nuncupant, quia quasi
formas mediis dispositionibus ab Arist. non nunquam
dicitur turpe, quia videlicet cum ex se omni forma
careat informis est et nullam pulchritudinem habet-
qua etiam de causa a Pythagoreicis causis vocatur co-
muniter tamen Peripatetici illud subiecti aut ma-
teriae 1mae nomine indigitant interque nomina hoc
discrimen assignat Temistius quod subiectum proprie lo-
quendo solum dicatur respectu illarum formarum

quas

quas actu habet, Materia vero respectu illarũ quas potest habere. Alÿ vero vt Perrerius aiunt Materiam dici respectu formæ substantialis cuiuscunque, subiectũ vero respectu formæ accidentaliũ et respectu motiuũ ac transmutationũ accidentaliũ. Quare cum nobis hic potissimũ sermo sit de subiecto cõmuni accepto respectu formarũ substãtialiũ non accidẽtaliũ nomine etiã potius materiã quã subiecti in hac disputatione vtimur. Cæterum quia nomẽ materiæ adhuc æquiuocũ est, ob varias nimirũ quas habet acceptiones ideo est explicandũ. 1mo igitur significat obiectũ potentiæ vel scientiæ et dicitur Materia circa quã in qua significatione corpus naturale dicitur Materia Phÿsicæ et sonus, materia circa quam potentiæ auditiuæ 2do materia significat subiectũ actionis aut accidẽtis alicuius siue illud sit materiale siue spirituale et dicitur Materia in qua quomodo aqua vel lignũ in quod agit ignis dicitur materia calefactionis vel combustionis et Anima aut Angelus Materia in qua virtutũ scientiarũ etc. Tertio materia sumitur pro illa parte compositi substãtialis quæ formæ supponitur et ab illa informatur in significatione hic de ea disputabimus et hæc rursus Materia alia dicitur 1ma alia 2da. 1ma ẽ quæ nullam aliam materiã priorem se supponit et ad nullã formã

quatũ

quantū est ex se determinata ē, sed ē indifferens ad quamcunq formā quā etiā de causa ā Philosophis vocari solet, Materia Vniversalis, et comunis omnibus formis. Alia vero Materia ē, 2da quae videlicet supponit aliā aliqm Materiā se priorē et ratione aliquarum dispositionū aut accidentiū determinat potius ad hanc formā recipiendam quam aliam, potissimū tamē hic nobis sermo erit de materia 1ma atq adeo sit.

QVAESTIO II

Quo nam modo Aristoteles definiat Materiam primam

Triplici ratione Philosophus declarat materiā 1mā 1mo quidē per proportionē quādā ad res artificiales, 2do per negationes generū Entis. 3tio per transmutationē substātialē 1mo modo nimirum per proportionē ad res naturales sic declarat naturā Materiā 1mā qd videlicet sicut materia rerū artificialiū est quid rude et impolitū carens omni forma artificiali, ex qua videlicet ab artifice efformant res artificiales. Eg. ex aere statua, ita etiā Materia 1ma est quid rude et impolitū in genere rerum naturaliū, atq ab agentibq naturalibq pductionē formarū naturaliū efformant et expollit transfertq ā non esse tali ad esse tale, et sicut aes antequā formā statuae recipiet non

est

est actu statua et potestate: ita etiam Materia Ima ante quã formã substatiale recipiat non est ex se actu cõpositũ aliqd substatiale, sed potentia tantũ in quãtũ videlicet potest recipere formã substantialẽ, hoc tamẽ est discrimen inter materiã artificialẽ et materiã Imã qd illa sit semper substãtia completa in esse naturali ut lignum vel æs, hæc vero incõpleta in eodem esse naturali.

Porro per Negationes generũ Entis hac ratione Arist: 7. Meta: Tex: 8. describit materiã cũ ait dico autẽ Materiã Imã esse quæ per seipsã neq Quid neq Quatũ neq aliquid est eorum quibg Ens determinatr; neq etiã negationes horum. Est enim id de quo singula horũ pdicatr. cuius descriptionis hic est sensq Materia Ima neq ẽ tota quidditas compositi substantialis per quam videlicet aliquid determinetr ad hanc vel illã speciẽ completã, vel accidentalis per qm determinatr ad aliquã speciem accidentalem neq tamẽ ẽ mera negatio horũ Entiũ vel ut ait S. August. non est omnino nihil, quasi diceret quãuis Materia Ima explicetr per negationes determinati Entis, non tamẽ illius essẽtia in talibg negationibg cõsistit siquidẽ est ex quo res naturales componuntr accedente forma substãtiali, ac proinde est vere Ens, non vero nihil licet autẽ essẽtia Materiæ non consistat in prædictis negationibg,

ẽ tñ

est tamen subiectum earum quia ut substat privationi omniũ
formarũ negantr de illa tanquam de subiecto omnia Entia deter-
mina tam substantialia quam etiam accidentalia. Addit
vero Philosophus sed esse id de quo singula horum prae-
dicantr hoc est, est aliquid in omni composito Physico exi-
stens, seu est aliquid cui tum predictae formae tum etiã
earum negationes advenire possunt et de illa praedicari
accidentaliter seu denominative.

Observa autem hic res à nobis definiri per ne-
gationes duplicem ob causam Imo quidem ꝑpter perfe-
ctionē illius rei quae definitr cum enim ꝑfectione sua
excedat facultatem intellectus nostri; hinc fit ut comodi-
us à nobis explicetr conceptibus negativis, quã affirma-
tivis. Sic DEVS opt: max: propter infinitã ꝑfectionē
ipsius aiunt Theologi melius describi per Negationes,
quã per affirmationes, quia videlicet per Negatio-
nē Negamus de Deo omnes ꝑfectiones creatas indeq
cognoscimus eum esse quid superexcedens ipsas. Et
vero affirmativos conceptus formamus de deo, non abso-
lute sed solũ ex similitudine rerũ creatarũ 2do pro-
pter imperfectionē rei quae à nobis definitr aut cogno-
scitr, cum enim ꝑpter imperfectionē suã, res talis sit
minime Entitatis, Consequenter etiã erit minime defi-
nibilitatis aut intelligibilitatis: ac proinde cum talis
Entitas sit materia prima, merito etiã à Philoso-
pho per Negationes definitr verum extra duplicem
hunc casum definitionis rei per Negationes pdictas
reprehendit Philosophus.

Dices Videtr

Deces videt Arist. in hac materiæ definitione aperte sibi contradicere, si enim Materia n̄ ē quid neq quantū Ergo est Negatio quid et quāti, ac proinde male dicit Materiā n̄ esse negationem horum, deinde id de quo prædicat quid et quantū, est quid et quantū, sicut de quo prædicatur animal est animal Ergo si de materia (ut dicit in definitione) prædicat quid et quāti, sequit quod Materia sit quid et quantum quod tamen negat in illa nimiru particula definitionis, Neq etiam negationes horū. R. Materiā lmā includere quidē negationē dictorū Entiū non tamen esse purā negationē seu essentiā materiæ lmæ n̄ consistere in prædictis negationib, quarū videlicet ē subiectū lmum igit asserit obiectio 2dum negat sicut lapis Eg. includit negationē hominis et Leonis verū enim est, dicere lapis non est homo, lapis non est Leo. Non est tamen Negatio hominis aut Leonis sed est aliquid positiuū cui negatio hominis et Leonis adnexa est. Similiter etiā alterā partē obiectionis distinguo Materia em n̄ ē quid, hoc est non compositū, neq quātū puta non ē quantitas est tamē subiectum de quo forma substantialis constituēs vltimo quidditatem compositi Physici et etiā quātitas qualitas etc. denominatiuē prædicat sicut etiā pariis non est albedo est tamen id de quo albedo denominatiue prædicat.

Deniq idem Philosophus lmo Physicorū Tex: 32 ex transmutatione Physica substātiæ naturalis talem materiæ lmæ adfert definitionē positiuā. Materia lma Est lmū subiectū vniuscuiq, ex quo fit

aliquid

aliquid cum insit per se et non rdum accidens et si corrumpitur aliquid in hoc abibit vltimum. Cuius definitionis hic e sensus Materia prima est subiectum quoddam non resolubile in aliud prius, ex quo tanquam ex parte intrinseca et essentiali fit corpus substantiale et in quod idem corpus vltimo resoluit quando corrumpitur quae omnia cum explicanda sunt. primo igitur dicitur Materia prima subiectum quae particula loco generis ponitur et non solum materiae primae sed etiam Materiis secundis nec non materiis artificialibus conuenit. Est autem Materia proprie subiectum non respectu compositi sed respectu formae, neque enim subijcitur composito sed potius formae. Dices forma substantialis non est in Materia prima vt in subiecto Ergo Materia prima non habet rationem subiecti etiam respectu formae substantialis. Antecedens probatur ex Arist. qui in Antepredicamentis ait, illud esse in subiecto, quod non est in alio vt pars. Vbi Philosophus expresse docet partes non esse in alio vt in subiecto, cum igitur Materia prima sit pars compositi physici sicut et Forma substantialis, Ergo forma substantialis non est in ea vt in subiecto consequenter non habet rationem subiecti, siue accipiatur per respectum ad formam siue per respectum ad compositum ac proinde male in definitione ipsius dicitur Materia prima est subiectum R. Arist. loco citato stricte sumere nomen subiecti, intelligit enim ibi per subiectum tale, subiectum quod sit completum in suo esse substantiali, et alias subiectum denominationis appellatur qua ratione verum est, quod partes non existant in alio vt in subiecto, nomine

subiecti

subiecti intelligendo subiectũ denominationis, si tamẽ nomẽ subiecti latius sumatur videlicet pro natura subiecta et supposita alteri prout hoc loco à Philosopho accipitur negari ñ potest Materiã acceptã per respectũ ad formã substãtialẽ posse imò de facto habere ratiõẽ subiecti deinde forma substantialis cum ñ sit pars Materiæ p̄mæ sed potius compositi Physici consequens est ut forma substãtialis non sit in illa ut pars eam intrinsece componẽs, ac proinde Materia dici pt habere rationem subiecti respectu formæ substãtialis. Dicitur p̄mũ ut excludatur Materia 2da quæ non est p̄mum subiectũ formæ substãtialis similiter etiã ut excludatur quãtitas quæ licet sit aliorum accidentiũ non tamen ut Quod sed ut Quo ac proinde non p̄mũ cum et ipsa Quantitas subiectetur in Materia p̄ma quæ videlicet ratione suæ essẽtiæ est subiectũ p̄mum unde sub forma aliqua sive substãtiali sive accidẽtali, existens licet non amittat suũ esse, cessat tamen iam esse subiectũ p̄mũ Materia enim ut est p̄mũ subiectũ nullã formã determinatè dicit. Dicitur unius cuiusq; quia Materia p̄ma ñ ẽ subiectũ certarũ tantũ formarũ sed omniũ licet enim ex se nullã formã determinatè requirat, tamen ab omnibus apta est perfici et illis subjici. Quamvis autẽ Materia p̄ma sit p̄mum subiectũ omniũ formarũ videlicet tam substãtialiũ quã accidentaliũ, tamen in hac eius definitione solũ hoc spectatur quod sit subiectũ formarũ substãtialiũ, siquidem esse subiectũ accidẽtiũ non soli Materiæ p̄mæ

conuenit

conuenit neq ppriam eius ratione indicat. Dicit 4to ex quo fit aliquid vt videlicet explicet causalitas et ordo materiæ quem illa habet ad compositu substantiale, qd quidem compositu substantiale 2du Arist: proprie tantu dicit fieri iuxta supra dicta, siquidem rei naturalis non ē proprium modo produci, sed est produci per compositionem. Dicit 5to cum insit vt ostendat materiā 1mā esse talem partē quæ intrinsece pertinet ad constitutionem compositi substantialis, ac proinde p hanc particulam excludit materia transiēs generationis naturalis cuiusmodi est lignū Eg. ex quo fit ignis, ligni enim non remanet in igne, licet materia ligni remaneat. Similiter excludit Priuatio qm non remanete sed abiecto fiunt res naturales. Dicit 6to non 2dum Accidens vt excludant accidentia materiæ quæ insūt composito et ex illis res naturalis dicit generari. sed per accidens tantū quatenus videlicet insūt ei ex quo res naturales per se generant, sic cū dicimq ignem generari, ex calido ex sicco, calor et siccitas insūt igni neq tamē dicit ex illis ignis per se fieri sed 2dum accidens, quia videlicet insūt materiæ ex qua ignis p se generat. Vltimo addit etsi corrūpit aliquid quibq verbis indicat eandem esse materiam compositionis, qua est resolutionis, qd nimirū sicut materia 1ma est aliquid 1mum in compositione ex qua res naturales componunt et generat: ita etiā vltima ē in corruptione seu resolutione substantiali.

AMDG. 3.

QVAESTIO III

Qualis sit Materia prima

Ex his quae Philosophi deducunt ex definitione Materiae 1mae colligi potest qualis sit materia 1ma. Primo igitur deducitur ex ipsius definitione Materiam 1mam esse Ens reale. Ratio est, quia quod vere non est Ens non potest etiam vere esse subiectum formarum neque ex eo potest aliquid reale componi, Quando autem Arist. 1mo Physicorum Tex. 79 Materiam 1mam vocat non Ens, loquitur de non Ente completo quemadmodo verum est Materiam 1mam non esse Ens (puta non esse Ens completum 2do deducitur Materiam 1mam esse Ens substantiale seu esse substantiam, licet ut dixi incompletam siquidem ex illa et forma substantiali constituitur una substantia naturalis completa eique convenit definitio substantiae incompletae, videlicet quod sit Ens per se subsistens partialiter et incomplete. 3tio deducitur Materiam 1mam in rebus generabilibus et corruptibilibus esse rem distinctam a forma substantiali neque enim materia posset subjici variis formis, et modo unam formam recipere, modo aliam, cum prioris privatione, neque etiam posset cum forma compositum reale constituere nisi in re distingueretur ab ipsa, 4to deducitur Materiam 1mam omnium rerum generabilium et corruptibilium esse eiusdem rationis et speciei intimae, siquidem omnes Materiae sublunares tanquam potentiae substantiales respiciunt eiusdem actum adaequatum nempe modum informandi amissibilem, atque adeo ab eodem actu adaequato

speciem

speciem suam accipiunt Ergo sunt eiusdem speciei. Accedit
quod omnis forma substantialis cuiuscunque sit speciei intro-
duci potest in quamcunque partem materiae primae si nimi-
rum commode disponatur Ergo signum est materiam hanc esse
eiusdem rationis et speciei in omnibus rebus subluna-
ribus. Neque valet si dicas materia prima speciem suam sumit
à forma sicut etiam quaecunque alia res naturalis Ergo non
est una speciei Antecedens patet, Consequentia probatur quia
formae materiales sunt diversae speciei Ergo etiam materiae
quae ab illis specificantur erunt diversae speciei ut per se patet
ac proinde materia prima non est una speciei Respondeo enim di-
stinguendo Antecedens Materia prima sumit suam speciem
à forma substantiali, intrinsecam nego Antecedens Ex-
trinsecam seu adventitiam sumit Concedo Antecedens,
Speciem enim intrinsecam materia ex se ipsa habet quam-
quidem species materiae est incompleta invariabilis
atque adeo talis quam diversitas specifica formarum substantia-
lium et compositorum non tollit. Deducitur 3tio Materiam
primam in plures numero materias esse actu divisam, alia
enim materia est numero quae est in homine, alia quae
in equo, alia quae in ligno etc. Est autem haec numeri-
ca ratio materiae incompleta sicut et specifica, Itaque
ita Materia in qua succedunt diversae formae sub-
stantiales permanet eadem numero in omnibus composi-
tis naturalibus quae ex illa componuntur permanet au-
tem propriam Entitatem distinctam realiter et forma
substantiali et composito.

Objicit

Obiicit videri qd eadem numero Materia n̄ possit manere
sub forma genita, quæ fuit sub forma corrupta, alias
accidere poterit ut eadem numero Materia quæ fuit
in Petro mortuo multis generationibq et corruptionibus
successiue interuenientibq perueniat tandem ad formã
Pauli ut Eg. si ex cadauere Petri generet terra, et
terra herba, qua deinde herba allat bos, cuius ad
extremũ carnibq vescat Paulq quo posito quærit in
resurrectione utriusq cuius tandem ea materia fu-
tura sit Petrine an vero Pauli, certe utriusq esse n̄
pt quia hoc indigeret nouo miraculo dei facientis unã
eandemq materiã informari à pluribq numero formis,
neq etiã dici pt qd alter tantum eorũ eã materiã sit
habiturq Eg. Petrq, inde em̄ sequeret Paulũ non esse
resuscitandũ cum eodẽ corpore et eadẽ Materia quã ha-
buit dum viueret qd ẽ contra fidẽ quæ docet omnes
nos in eodẽ corpore in quo viximq resurrecturos Rx
Materiã quæ fuit diversorũ hominũ in resurrectione
ei tribuendã cui fuerit necessaria neq enim existimã-
dũ ẽ, omnẽ eã Materiã quã toto vitæ tempore fuit
sub forma Petri tribuẽdã ei in resurrectione sed
tantũ eã quæ ad ipsius statũ completũ erit necessa-
ria neq vero hinc sequit ut supponit obiectũ qd
Petrq in resurrectione n̄ sit habiturq idem corpus qd
habuit cum viueret, quemadmodũ etiã n̄ sequit Petrũ
adultũ non habere idem corpq, vel certe habere diversũ
corpus ab eo qd habuit dum esset puer licet alioqui

multas

multas eius corporis partes qd puer habuit per nutritionem amiserit, et loco illarum multas alias acquisiuerit quas puer non habuit.

Vrgebis ponamq qd obg iis ad quos viuos eadē materia pertinuit sit æqualiter necessaria, ad constituendum corpus pfectū & in eo casu futurū qd S. August. docet Lib. 2. de Ciuitate dei Cap. 20 vt nimirū materia illa reddatr ei in quo Ima fuit: nam vt inquit S. Doctor ab eo tanqm mutua accepta deputari debet quæ sunt videlicet sicut æs alienū restituenda ē: vnde sumpta fuit, Deus vero supplebit in aliis vel aliūde vel certe ex illis partibg quæ viuentibg per nutritionē defluxerat.

Petes. Posito qd forma Petri desinat informare corpus Petri, et incipiat informare corpus Pauli, an compositū ex forma Petri et corpore Pauli possit dici idem numero homo qui fuit compositg ex forma Petri et corpore Petri & non esse eundem numero simpliciter nec etiā distinctū numero simpliciter sed eundē numero secundū formā diuersū vero ṙōē materiæ.

QVAESTIO IV.

An Materia Ima essentialiter sit pura potentia, ita vt intra essentiam suam nullum actum includat

Quæstio hæc ad explicandam quidditatē Materiæ Imæ pertinet, potest autem clarius ita pponi An videlicet Ma-

teria

teria lma ita sit pura potentia subiectiua ut ex se nullas habeat formam substantialem per quam in suo esse constituatur. Auicena enim et quidam alij Philosophi asserunt materiã lmã esse aliquod compositũ ex subiecto et forma substãtiali, quæ alias forma corporeitatis nuncupatur. per quam formam materia lma non habet quidem esse determinatũ in certa aliqua specie, cum hoc habeat per formas specificas, sed solũ habet esse corporis genericũ seu de genere substantiæ corporeæ quæ quidem forma corporeitatis sit veluti seminariũ quoddã, reliquarũ formarũ substãtialiũ. Huic etiã sñtentiæ videtur fauere Scotus, qui licet non dicat materiã lmã esse compositũ ex subiecto et forma corporeitatis, dicit tamẽ materiã lmã habere formã substãtialẽ corporeitatis sibi coæuam et incorruptibilẽ quæ videlicet nunquam ab illa separatur in ulla corruptione compositi Physici, et à qua forma omnia corpora habeãt esse corporis. Pro resolutione Quæstionis istius.

Notandũ ẽ Potentiã esse duplicẽ aliam videlicet Actiuam, aliã Passiuã, Actiua ẽ vis quædam, qua aliquid possumus efficere. Passiua qua possumus aliquid recipere. Porro cũ oẽs potẽtia actum aliquem pro termino respiciat etiã potẽtiã Materiæ eundem respicit et quidem aptitudo ad actũ quã oĩs potentia includat duplex esse potest nimirũ negatiua et positiua. Negatiua aptitudo ẽ quæ conuenit rei ratione alicuius extrinseci et vocatur potentia obiectiua quo pacto mundus antequã à Deo crearetur fuit in potentia obiectiua, quia videlicet non erat impossibilis sed

à Deo

à Deo produci potuit. Positiua vero aptitudo ad actu est quando videlicet aliqua res p aliquid qd actu in se habet apta est habere aliquã pfectionẽ ad esse calidũ, siue ad habendam pfectionẽ caloris. Cum autẽ duplex sit potentia in rebq. Duplex quoq illi respondet actus quorum alius est qui vtraq potentiam tam obiectiuã qm subiectiuã actuat, ac ita constituit rem in actu vt ñ relinquat eam in potentia ad aliã formã, qui qdem actq à Philosophis vocatr formalis et vltimq. Aliusẽ qui potentiã quidem obiectiuã actuat, relinquit tamen potẽtiam subiectiuã rei ad habendum vlteriorẽ gradũ perfectionis, qualis esset Materia 1mã actq si per Dei potẽtiam existeret separata ab omni forma tunc enim materia 1ma non esset in potẽtia obiectiua quia videlicet non haberet negationẽ essetiã actualis seu existentiã. esset tamẽ in potentia subiectiua quia haberet negationem formarũ substãtialiũ quaru esset apta receptiue: atq hic actq ob imperfectionẽ suã dicitr Entitatiuq et non vltimq ad differẽtiã actq formalis et vltimi quo prænotato.

Dicendũ ẽ Materiã 1mã ñ habere formã corporeitatis coæuã sibi et inseparabile: ita Arist. variis in locis, et cum eo cæteri Philosophi. Probatr Conclusio, quia hæc forma corporeitatis et superflua esset et incompossibilis in materia cũ aliis formis superuenientibq Ergo ñ ẽ admittenda 1ma pars Antecedentis. Probatr quia Materia 1ma seipsa vt disposita per quãtitatem et per alia accidentia cuiq formæ congruẽ

apta

apta est recipere formas substantiales, et quaelibet forma substantialis sine hac forma corporeitatis potest dari et de facto dat composito substantiali ut sit corpus de genere substantiae dando illi esse talis corporis. Omnis enim forma dans esse specificum rei alicui, dat etiam esse genericum, neque reperire est ullam formam Physicam quae solum det esse specificum sine generico, vel genericum sine specifico. Eg. Anima rationalis quae est forma hominis non solum dat esse hominis sed etiam esse animalis, esse viuentis esse substantiae completae, sic etiam albedo non solum facit album sed etiam coloratum Quale Ergo forma corporeitatis non est necessaria ad hoc ut compositio det esse genericum corporis. 2da pars Antecedentis probatur nimirum talem formam esse incompossibilem cum aliis formis qua forma dans esse specificum in certo genere alicui composito est incompossibilis cum formis substantialibus eiusdem generis siquidem illa forma constituit per se Ens in actu, ac proinde aliae formae aduenientes illi Enti constituerent Ens per accidens, at si datur forma corporeitatis, dat esse specificum composito Physico in genere substantiae corporeae si quando ut diximus supra omnis forma dando esse genericum composito necessario etiam dat esse specifico Ergo est incompossibilis cum aliis formis substantialibus materiae superuenientibus: ita videlicet ut non possint illae formae informare materiam informatam forma corporeitatis. Neque valet si dicas in nulla transmutatione Physica materia prima desinit esse corpus Ergo est in materia, ab qua forma corporeitatis incorruptibilis per quam illa constituatur in esse corporis inamissibili, Prae-

terea

terea omne accidens conseq̃tr aliquā formā substātialē Ergo etiā Quantitas, sed quantitas non consequitr aliqm formalē particularem et corruptibilē. cum ad quodlibet transmutationē prasupponatr sicut etiā ipsa materia, agens enim naturale non agit nisi in materiā quātā Ergo consequitr ad aliqn formā Vniuersalem et incorruptibilē, quæ videlicet sit in materia ante omnem transmutationē naturalē, hæc autē est forma corporeitatis Ergo n̄ ē neganda materiæ forma corporeitatis. Ad 3um negando Antecedēs siquidē in omni transmutatione naturali generatr et corrūpitr gradus corporis completi hinc etiā fit ut nunquā materia 1ma non habeat esse corporis, sicut etiā naturaliter loquendo nunquam non habet formā substātialē Simile quid videre ē, in esse colorato respectu corporis mixti. Mixtum enim corpus nunquā desinit esse coloratū. etiamsi desinat esse albū vel nigrū flauum vel viride non quod detr aliquis color communis qui semper in subiecto maneat et illud denomine coloratū, sed quia corpus mixtum semper habet aliquem colorem specificū qui subiecto dat etiā esse genericū colorati Ad Confirmationē dico Maiorē illius solū esse verā de Accidētibus actiuis, non autē de Quantitate quæ non est Accidens Actiuū et antecedit ordine generationis quāuncq formā substātialē tanquā dispositio ad illā.

Dicendū est 2do Materiā 1mā ex se ipsa habere suam Entitatem actualē ita videlicet ut eā non participet intrinsece à formā. Probatr Con-

clusio

clusio quia materia in composito existens habet aliquā Entitatē realem quæ quidem Entitas realis non constitit intrinsece per formā aduentitiā quia forma non potest constituere Entitatē aliquam nisi componendo illam per modū actus tota enim ratio causandi conueniens formæ est componere, at qui forma non componit essentiā Materiæ, nam alias materia esset aliquod Ens completū Compositum ex materia et forma, vti est corpus naturale. Ergo Entitas actualis Materiæ non est à forma Probatur 2do quia Materia hominis Eg. habet distinctā Entitatē ab Entitate formæ quia potest existere sine tali forma inuariata prorsus sua Entitate, nam cum ex homine fit cadauer remanet in cadauere eadē penitus Entitas materiæ, atq adeo eadē Essentia quæ ante mortē fuit in homine Ergo hæc Entitas materiæ non dependet intrinsece à forma hominis.

Objicit omne qđ é constitutū in aliqua certa specie habet formā quia omnis species é à forma, sed Materia 1ma est constituta in aliqua certa specie Ergo habet formā R distinguendo maiorē (qđ é constitutū in certa specie completa habet formā Concedo Maiorē, quod est constitutū in certa specie incompleta vti é Materia) habet formā Nego Maiorē. Similimodo distinguo Minorē. Sed Materia é constituta in certa specie in completa Concedo Minorē est Constituta in certa specie completa Nego Minorem. et Cōsequētiā Materia enim cum sit Entitas simplex in sua essentia ordinata ad inferiorem pfectionē, eo ipso est incompleta.

in pro

in suo esse Consequenter non potest constitui per formam à sua substantialiter informatam qd vel ex eo patet quia licet hac forma decedat de materia et illi adveniat, alia adhuc Materia remanebit eadem specie imo etiam numero ex supra dictis quam fuit sub priori forma quam quidem speciem Materia non accipit à forma sed à sua differentia incompleta Metaphysica Ex dictis.

Deducitur 1mo Materiam 1mam dici puram potentiam in ordine ad actum informantem seu formalem non vero in ordine ad actum Entitativum quem habet à seipsa non vero à forma, neque ita dicitur in ordine ad actum metaphysicum idest ad differentiam suam saltem incompletam ad hanc enim semper est in actu eum sine illa nunquam sit.

Deducitur 2do Materiam ex natura sua esse aliquo modo substantiam corpoream id est non esse substantiam spiritualem, non est tamen substantia completa corporea qualis è illa quae in recta linea praedicamentali ponitur.

Deducitur 3tio Materiam 1mam non esse unam aliquod ex quatuor Elementis neque etiam quatuor simul acceptam, neque item corpus aliquod medium inter Elementa quod sit substantia completa cum in obiectis aliquod sit Physicum distinctum à potentia eorum Physica ac positiva reperiatur quod tamen actum nos à Materia 1ma cum communi Philosophorum sententia exclusimus.

VALE. V.

QVAESTIO V

An Materia 1ma habeat propriam existentiā distinctam ab existentia formæ substantialis, an vero eā accipiat à forma.

Negant cōmuniter Thomistæ Materiā 1mam habere propriā existentiam qui etiam pro se citant S. Thomā 1ma Parte Quæst. 61 Articulo 1mo eo qd dicat S. Doctor effectum formalē formæ esse quod per illū Materia existat, sed probabilius est, eum loqui de existētia Materiæ 1mæ sumpta in actu Physico completo specifico et perfecto, qui actu constituit ultimo per formam; non vero de existentia incompleta eiusdem materiæ. Integrū resolvā hanc difficultatē.

Suppono existentiā 2dum cōmunē sēsū scholæ Philosophicæ esse rationem quandā realem per quā formaliter ponit aliquid actu in rerū natura, et à parte rei, atq ita existētiā creaturæ alicuius esse quandā rationem realem, per quam illud quod prius erat Ens possibile, iam nunc est actu extra suas causas, existere enim nihil est aliud quam esse à parte rei, in sua Entitate reali actuali. Porro existentia duplex est, Completa nimirū, et incompleta, Incompleta ē, à qua tanquam à ratione formali essendi aliquid habet quod sit extra nihilū, extra suas causas, extra ordinem rerū possibilium sive clarius loquendo, à qua aliquid habet quod sit actu

à parte rei

à parte rei tanquam Ens incompletũ, id est tale Ens, qd ad habendam ulteriorẽ pfectionem seu actum actuantẽ tanquam ad ultimum suũ cõplemẽtũ ordinat. Completa verò est, à qua aliquid habet quod sit actu à parte rei, ita pfecte ut faciat illud per se demõstrabile, tanquã hoc aliquid in rerũ natura non autem solũ in alio qua ratione certum ẽ existentiã non conuenire nisi substãtiæ completæ et pfectæ in aliquo genere Physico, quæ sola est hoc aliquid Teste Arist: cap. de Subst. atq in hoc sensu Arist. et S. Thomas negat materiæ conuenire existentiam (puta talem) quæ soli cõpletæ substãtiæ conuenit, solũ ergo difficultas manet, an Materia prima habeat suã partialem existẽtiã per quã videlicet existat à parte rei tanquã Ens incompletũ et ad ulteriorẽ pfectionẽ ordinatũ, an vero totã rationẽ existendi accipiat à forma substantiali per quã actuat ~~Dicendum~~

Dicendum est Materiã 1mã habere ppriã existẽtiã partialem incompletam distinctã ab existentia formæ substãtialis, ita Suarius et cum illo cæteri Philosophi, Probat. Conclusio quia prius debet existere subiectũ tam id quod recipit in subiecto, idẽ qd nihil ẽ actu, non pt actu sustentare aliud qd ẽ officiũ subiecti. At qui Materia 1ma est subiectum formæ substãtialis Ergo prius debet existere saltem prioritate naturæ quã existat forma. Probat. 2do quia si materia 1ma haberet eandem existentiam quam habet forma produceretur etiam eadem actione qua producit forma

Siqdẽ.

Siquidem omnis productio ad existentiam terminatr, ac proinde ea quæ habent, eadem existentiã eadem actione produci necesse. Atqui falsum est qd Materia 1ma producatr eadem actione qua producitr forma substãtialis Vt pote cum Materia 1ma producta fuerit statim ab initio mundi Forma vero postea decursu temporis è materia 1ma producta est ex nihilo per creationem absq subiecto à solo Deo. Formæ verò substãtiales ab agente creatâ è subiecto educuntr anima rationali excepta Ergo Materia 1ma habet diversã existentiã ab existentia formæ. Probatr 2do quia ex opposita sententia sequeretr toties corrũpi Materiã aut etiã produci quoties corrumpũtr aut producũtr formæ substãtiales res enim producũtr cum accipiũt existentiã et corrũpũtr cum eandem amittũt quod tamen falsũ è, cum materia 1ma sit ingenerabilis et incorruptibilis. Ex 1mo Physicorũ Tex: 82.

Quod si obiicias quod nullam habet operationẽ nullã etiam habet existentiã siquidẽ esse est ꝓpter operari, atqui materia 1ma nullam habeat operationẽ absq forma Ergo etiam nullã habet existentiam. Confirmatr quia si Materia habet existẽtiã ꝓpriã Ergo eo ipso habet aliquẽ actũ Entitatiuũ qd si habet aliquem actũ Entitatiuũ Ergo hinc sequitr res naturales inter se per materiã distingui siquidẽ oĩs actꝰ est causa distinctionis atqui falsũ è qd res naturales ꝑ materiã distinguũtr. Solo enim forma est,

Respõd

principium distinctionis Ergo etiam non est dicendum Materiæ aliquam essentiam conuenire & Negando Maiorem Axioma autem illud solum habet locum in speciebus completis non vero incompletis qualis est species Materiæ primæ Ad Confirmationem dico nullum esse absurdum quod res immateriale à Materialibus per materiam distinguatur et res non existentes ab existentibus per existentiam.

Obijcit 2do Materia prima cum sit pura potentia, pura summe distare debet à Deo, qui est purus actus, sed si aliquid actualitatis haberet non summe distaret à puro actu. Ergo nihil habet actualitatis & distantiam aliam esse Negatiuam qualis est inter Ens et non Ens aliam positiuam ex parte utriusque extremi non est igitur de ratione puræ potentiæ subiectiuæ ut distet à Deo priori modo sed ad summum posteriori et ideo satis est ut ex omnibus Entibus realibus actu existentibus summe distet à Deo propter magnam suam imperfectionem etiamsi aliquam imperfectam conuenientiam cum illo habeat nimirum in ratione Entis positiui.

QVAESTIO VI

An Materia prima possit existere sine omni Forma.

Quæstio hæc dupliciter intelligi potest nimirum vel naturaliter vel per absolutam Dei potentiam quo prænotato.

Dicendum est

Dicendum est 1mo non posse naturaliter Materiã 1mam ab omni forma substantiali separari ac proinde nec sine omni forma existere. Ita Arist. 1mo de Generatione Tex: 29. Ubi ait Materiã nunquã posse esse sine passione vel sine forma. Ratio est, quia Materia 1ma est Ens Essentialiter imperfectum et indeterminatum unde etiam à Materia est instituta non ꝑpter se sed propter aliud scilicet ꝑpter compositũ Physicũ ac proinde non potest extra compositũ, et consequẽter sine forma naturaliter existere. Ratio 2da est, quia agens naturale nunqm ita expelit à Materia formã substantialem quin simul introducat aliã formã corrũpendo enim dispositiones unius formæ inducit dispositiones alterius incompossibilis cum forma sui Eg. ignis destruendo dispositiones necessarias ad conservationẽ formæ ligni inducit alias dispositiones ad formã ignis. Tertia ratio est, quia Materia 1ma de facto nunqm existit sine omni forma substantiali siquidẽ statim ab initio cum formis creata est. Ut est cõmunis Philosophorũ sentẽ.

Dicendum est 2do loquendo de absoluta Dei potentia potest Materia 1ma existere separata ab omni forma substatiali Probatr Conclusio quia Materia et forma substantialis distinguunt realiter et habent suas essentias et existẽtias ꝑprias realiter distinctas uti ꝓbatũ est. Et quidem existẽtia Materiæ

non

non dependet ab existentia formæ tanquã à subiecto, vt
Eg. Lumen ab aere, quin potius forma cum sit effe-
ctus materiæ de cuius potentia ab agente materiali
educitur quoad existentiã suã dependet à materia,
Quare sicut entitas realis materiæ præsuppo-
nit naturaliter formã; ita etiam existentia eius,
atque adeo existentia materiæ non potest à forma
dependere in genere causæ materialis. Non mi-
nus etiam certum est quod eadẽ existentia materiæ
non dependeat à forma in genere causæ forma-
lis, quia vt supra probauimus materia in sua spe-
cie incompleta constituitur per suã entitatẽ intrin-
secam non vero per vllam formã aduentitiam.
Cum igitur materia prima in existentia non depende-
at à forma tam in genere causæ materialis quam
etiam formalis, quin potius prior sit illa vt pa-
tet ex præcedenti quæstione omne autẽ prius
et independens in existendo ab altero posteriori
distincto realiter possit separari ab illo Ergo
etiã materia diuinitus potest separari à forma et sine illa
existere. Probatur 2do quia materia est præstantior omni
accidente cum sit substantia licet imperfecta, atqui ac-
cidentia diuina virtute possunt separari à subiecto
conseruari absque eodem vt certũ ẽ, ex quantitate panis
et vini in Eucharistia Ergo etiã materia prima diuini-
tus potest separari ab omni forma et sine illa existe-
re.

Objicit

Objicit nulla Relatio potest conservari aut existere sine suo termino existente, atqui Materia dicit relationē ad formā Ergo sine illa nequit existere. R) Maiorē esse veram de relatione prædicamentali non vero transcendentali, qualē materia dicit ad formā vt infra dicet.

Objicit 2do non minus necessario materia 1ma cōnexa ē, cū forma substantiali quā subiectū cū accidente sed multa subiecta non possūt esse sine omni accidente sibi proprio non enim potest dari numerus qui nec sit par nec impar, neq dari potest substantia quæ n̄ sit susceptiua contrariorū Ergo etiā Materia n̄ potest esse absq omni forma substantiali. R) quidquid sit de Maiori Nego minorē siquidē potest subiectū existere sine accidentibus Physicis realiter à se distinctis licet talia accidentia sint illi 4to modo propria vt patet ex Logicis sine accidentibus vero Metaphysicis et sola ratione à subiecto distinctis quoad illud quod talia accidentia intrinsece dicunt, n̄ potest subiectū existere vt ibidē dictū Vnde neq Materia 1ma potest existere sine susceptiuitate contrariorū. Hæc enim susceptiuitas est ipsamet Entitas Materiæ 1mæ apta ad recipienda accidentia, quare sicut materia 1ma non potest existere sine sua Entitate sibi propria: ita etiā non potest existere sine dicta susceptiuitate contrariorū, Atq sine patet materiā 1mā diuinitus posse existere sine omni forma substantiali, Cæterū in probatione suæ Conclusionis supponi videt materiā

sua existentia non dependere ab existentia formæ informantis
quod quia aliquibꝯ minꝯ placet ideo etiã veritati minus con-
formæ videri potest.
Dicendum nihilominꝯ est 3tio Materiã 1mã in
sua existẽtia non dependere ab existẽtia formæ substantialis
patet hæc Conclusio magna ex parte ex iis quæ pro supe-
riori supra adduximꝯ et pbatr quia id quod alteri præ-
supponitr in eo in quo illi præsupponitr non dependet ab
illo altero sed materia 1ma in sua existentia præsuppo-
nitr formã, substãtialẽ quæ ex illa educitr siquidem
eductio formæ supponit materiã existẽtem Ergo materia
in sua existentia non dependet ab existentia formæ subs-
tantialis. Minor patet ex dictis, Maior pbatr quia
præsupponi alteri in aliquo, est altero illo non indigere
in eo in quo illi præsupponitr. Dependere autẽ ab al-
tero in aliquo est altero indigere in aliquo. Quamuis
verò aliquid quod aliquo modo pendet ab alio possit
simul tempore esse cum illo vt patet in relatione
prædicamentaliũ mutua à se dependẽtia, id tamen
quod dependet nunquã potest esse prius natura illo à
quo dependet, hoc enim ipso iam non dependeret, esse
enim prius natura, est esse independenter ab illo
respectu cuiꝯ est prius natura, sed Materia 1ma ra-
tione suæ existentiæ est prius natura quam omnis
forma substantialis vt supra pbatum est, Ergo in
sua existentia non dependet ab existentia formæ sub-
stantialis, quare solum materia 1ma dependet in exi-

stendo

stendo à forma substantiali tanquā à fine vt author est Arist. Sic. 1. Physicorum tex 81 aliam enim rationem causæ forma non potest habere respectu materiæ vt ostensum est, atqui potest existere res sine suo fine actu existente saltem aliquo imò sæpe contingere solet vt frustretur suo fine vt patet experientia Ergo neq materia 1ma dependet in existendo a sui finis nimirū formæ existentia.

Obycitur omnino videtur Materia non posse existere absq adminiculo formæ substātialis, quia ea quæ non possunt existere per se ipsa, ~~existere~~ naturaliter necessario indigent aliquo cuius vi existat sed materia 1ma cum sit pura potentia ex dictis supra, atq adeo nullā operationem per se habere valeat, non potest per se existere alias esset otiosa, quod tamen ne accidat tota natura refugit Ergo indiget aliquo cuius vi existat R Obiectionem sane non magnum robur habere ad euertendū nostrā Conclusionē, dum enim dicitur Materia 1ma esse pura potentia per hoc à materia non excluditur actualis illius Entitas sed solū indicatur illam Entitatem Materiæ esse essentialiter ordinatā ad recipiendū et sustentandū aliquē actū formalē ex quo non solum non sequitur eam indigere aliquo actu formali ad existendū sed potius posse per se existere tanqm potentiā substātialem receptiuā, quomodo enim haberet vim sustentandi aliud nisi per se existeret, necesse igitur

est

est dicere Materiam 1mam posse particulariter per se exi-
stere etiamsi actu nullam habeat formā sicut etiā ani-
ma rationalis potest existere etiamsi actu non informet
corpus humanum. Nec magis urget illud, Materiam
1mam non posse operari absq forma ac proinde fore
frustra: nam saepe una res eget consortio alterius ad
operandū et non ad existendū. Ut Eg. intellect9 no-
ster eget consortio phantasiae ad operandū seu ad ab-
strahendas species intelligibiles ab obiectis materiali-
b9 et tamē existit de facto sine phantasia, quando vi-
delicet per mortē separat(ur) à corpore. Tametsi autem
otiosum et frustra in rerū natura sit illud qd ad nul-
lum munq aptū est non tamē frustra nec otiosū qd
ad aliqd munq exercendū ē idoneū, ad qd videlicet à
natura est destinatū, quamvis interdū illud non exer-
ceat, quia vero materia talis est nam praeter quā qd
apta sit ad fundendā ex se quantitatē, apta quoq est,
ad exercendas omnes operationes formae sibi conjun-
ctae debitas, proinde etiam non est dicenda esse otiosa
aut frustra existere. Hinc autē

Colligit(ur) si Deus separaret Materiā 1mā
ab omni forma substātiali, tunc talis materia in re-
rum natura posset existere sine novo concursu Dei
supplēte vices formae, seu supplente concursu for-
mae Materiā conservantis, siquidē forma existēs
in Materia nullo concursu conservat materiā in exi-
stendo Ergo si miraculose separaret(ur) omnes formae
à Materia 1ma per eandem suā existētiā et eodē

Dei